

## Decima

quia angelus dñi exercituum est Ipsi sunt secretarij camerarij et cubicularij xpi princi pes munimentaꝝ populi primogeniti istꝝ. primicie domino ornamentum ecclesie quorum sacre vestes tonsure signacula ordines ministeria diuinis ministerijs plena sunt signantꝝ omnia vnam essent in eis signata.

xxi

Quis igit sacerdos taliter institutos et consecratos ac dignificatos nõ dignificet et honoret ideo magnus ille imperator constantinus sacerdotes etiam malos intanta habuit reuerencia et ueneratione qd dixit etiam si viderem sacerdotem cum femina turpiter agentẽ pallio meo eũ cooperirem ne ab hominibꝝ videret In nicenoꝝ concilio deos ipsos vocat qd in decreto diffese habent hinc etiam viri sanctissimi ex profundissima humilitate ad sacerdotium accedere non audebat Unde beatus Athanasius euangelista pollice sibi legit amputasse ne ordinaretur sacerdos Petrus tñ apostolus sua auctoritate nihilominus eum in sacerdotem ordinauit ac presulem Similiter abbas ammonium aurem sibi abscidit ne fieret sacerdos atqꝫ episcopus Sic et abbates sanctissimi Anthouij pachomij benedictus et maurus qd sacerdotes nõ extiterunt nec sanctus Franciscus Item albertus magnus super illud prima petri secundo. Vos estis genus electum regale sacerdotum dicit qd status sacerdotum reddat sublimis primo ex diuina electione quia non ex parentu aut amicorum potestate aut nobilitate nec symoniaca prauitate sed diuina uocatione et inspiratione eligi et promoueri debent sacerdotes vt nullus sibi assumat honores sed qui uocatur a deo tanqꝫ aaron sicut et christus dominus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret Sed hebreos secundo.

Secundo status sacerdotalis sublimis est ex spiritali consecratione Sunt enim dei ministri consecrati et ipsi consecrant corpus christi et in sua

## Pars

seccratione recipiant gratia spiritus sancti nisi quis ponat obiecem sibi ipsi Ideo cum consecrati insufflat eis episcopus id Job. xx. dicens Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis. Tercio a debita conuersione quoniam vita sacerdotum debet esse sancta et immaculata Unde ysaię quinquagesimo secundo. Mundamini qui fertis uasa domini quod estis uasa domini vt supra patuit. Ideo vita et conuersatio debet lucere in populo et non poni sub modio sed supra candelabrum vt luceat omnibꝝ qd in domo dei id est in ecclesia sunt. Mathei. v. Quarto reddat sublimis ex sana eorum doctrina Unde notandum fm. S. lbo. in quarto sententiarum. xxij. distinctioe qd in quolibet actu hominis si debeat esse uirtuosus et ordinatus oportet qd assit directio rationis. Idcirco ad hoc qd homo officij ordinis debite exequatur oportet qd habeat tantam scientiam qd sufficit ad hoc vt dirigat in actu sui ordinis et tanta etiam requiritur in eo qui ad ordinem promoueri debet nec oportet qd in tota sacra scriptura instructus sit. sed requiritur maior vel minor fm qd ad plura vel pauciora officium suum se extendit vt supra etiam tactum est. habet autem sacerdos duos actus vnum principale supra corpus christi ueruz ut pote consecrare corpus christi et sanguine Alium habet actum secundarium supra corpus suum missam cum seꝝ supra plebem sibi commissam Et ille secundus actus dependet a primo et nõ e converso. Ex quo patet qd aliqui promouent ad sacerdotium quibus tñ committit primus actus vt religiosi quibꝝ non committit cura animarum nec mittunt ad audiendam confessionem autem predicandam et ab ore illorum non exquirat lex a plebe sed vt solum sacramentum conficiant ideo sufficit illis si tñ de scientia habeant qd ea que ad sacramentum conficiendum pertinent rite inflere et obseruare possunt Alii autem promouent ad actus secundarium